extra addere. In quibusdam est in-  
terminabilis uite possessio to-  
ta. ut in angelis beatis ante iu-  
dicium. quod enim tota sui subiectam ha-  
bet felicem interminabilem uitam.  
sed non simul cum aliqua sit in eius  
successione revelationum et gaudi-  
orū. ad quorum dram ponit si-  
mul. In quibusdam est interminabilis  
uite possessio tota simul. sed tamen  
non perfecta eo modo quo diximus  
perfectum nullo indigens. sicut est in  
angelis et in hominibus beatis post iu-  
dicium. ad quorum differentia addi-  
tur perfecta. id est nullo indigens ad  
suum beatum esse. Patet igit ex pre-  
dicta differentia quod tres ponunt  
ibi conditiones que sunt inse-  
pabiles ab eternitate increatae  
que deus est. s. interminabi-  
litas interminabilis uite posses-  
sio. Item invariabilitas ibi to-  
ta simul. nihil enim variabile est in  
deo. sed totum simul. Item  
simplicitas ibi perfecta. Illud  
enim summa perfectum est. cui non  
est possibilis aliqua additione.  
Per primum separatur deus ab  
omni corporali. Per secundum ab omni vari-  
abili. Per tertium ab omnino opposito. Ita  
nota quod illud quod caret primo et fi-  
ne dicitur eternum. ut deus est esse

**P**interminatū est. Sed que p̄n<sup>9</sup> habent et carent sine dicuntur perpetua. ut angelus et homo. Que vo p̄n<sup>9</sup> et sine h̄nt dñr tē poralia. ut sūt corruptibilia. si aut vegetabilia. bruta. et sensibilia. et huimodī.

**D**e incomutabilitate dei.

**T**ap. 19.

**I**ncomutabilis est deus et ipmutabilis. qd nō cadit in eo mot<sup>9</sup> acc̄ntalis. s. augmētū. Leo papa. Siplici naturā diuinitatis nihil addi. uel minui pōt. qd semp est qd ē. Itē nec diminutio. Malachiz Ego de<sup>9</sup> et n̄ mutor. Itē nec alteratio. Jaco. Apud quē n̄ ē transmutatio ic. Itē nec fm locum mutatio. qd ubiqz p̄ns est. Ila. Lelū et terrā ego ipleo. Impmutabilis at est. qd nō cadit in eo mot<sup>9</sup> substāialis qd est d̄ nō ēē ad eē. ut est corp<sup>9</sup>. qd sine n̄ hēbit. Ill d̄. n. solū in nihil ē ueribile qd est de nihilo factum. Incomutabilis ē et de<sup>9</sup>. ex eo qd nō cadit mot<sup>9</sup> in eo ex opatione. Nā soli deo cōuenit in opatiōe getū esse. vñ Boecius. O qd ppetua mūdū rōe guber nas. Terraz celiqz sator. qd tēpus ab euo Ite iubes. stabilqz manēs. das cācta moueri. vñ qd deus facit aliquā rē nō fit

in ipso deo aliqua mutatio. sed in re circa quā opat. Qd aut̄ fecit de<sup>9</sup> pdicare subuersionez niniue. et predicere mortē Ezechie. quoꝝ neutrū accidit. in talibus non mutauit de<sup>9</sup> cōsiliū qd ab eterno secum habuit. s̄ iniaz que respectū hūt ad ipa negotia. qd niniue subuertēda erat fm merita. et ezechias moriturus erat fz causas inferiores. s̄ hec nō posuerūt necessitatē diuine potēcie. Itē tres distinguūt mot<sup>9</sup>. s. nafalis. uolūtar<sup>9</sup>. et uiolēt<sup>9</sup>. Nafalis qd nafalis res tēdūt ad locū propriū. Notus autē uiolētus est qd cogūt res extra locū ppū. sed motus uolūtar<sup>9</sup> est i hōibus uel in angelis. Naz bruta potius naturaliter mouentur quādo currunt. uel mouētur. uel opantur. et iste motus ē medius inter natrālem et uiolētum. quia partim est naturalis. s. inqz̄tū uolūtas coniungit suo actui. sicut causa suo effectui. et ptim est uiolētus. inqz̄tū. s. mouentur membra contra motū suū naturalez. prop̄ quod etiam laxantur que ex motu naturali non laxaretur. Igitur primo mō mot<sup>9</sup> n̄ ē in deo. s. naturalis. et hoc pbatur per quattuor rationes. Quama

## I

est. q̄a oīs mot⁹ est ad getem. ⁊  
 etiā. sicut dicit phūs.  
 nullius eget. 2⁹ est cūz  
 sit ubiqz nō h̄z necesse de loco  
 ad locū moueri. 3⁹ est q̄a nō ē  
 in eo grauitas uel leuitas pp  
 quā surſu ⁊ deorſu moueat⁹.  
 4⁹ est q̄ cū deus in ſeipſo ſep  
 maneat nō h̄t necesse locū p-  
 priū ⁊ ſibi naturale ex ſe que-  
 rere ſicut alie creature. Itē 2⁹  
 mō nō mouet. s. motu uiolēto.  
 q̄a n̄ ſit ei uiolētia. Job. Si for-  
 titudo querit robustissim⁹ ē.  
 Itē 3⁹ mō n̄ mouet. s. motu uo-  
 lūtario. q̄a in ope nō la xat ut  
 aialia. Preterea noſtra mēs ē  
 iſtabilis. q̄r mō pficim⁹. modo  
 deficim⁹. mō r̄miniscimur. mō  
 obliuiscimur. mō uolum⁹. mō  
 nolum⁹. mō diffuſis cogitatio-  
 nib⁹ atqz affectoib⁹ ⁊ coſilijs.  
 huic atqz illuc uagamur. deus  
 autē ſemp ſe h̄t eq̄lit ⁊ imobi-  
 lit. Itē ali⁹ eſt mot⁹ circula-  
 ris. ali⁹ rectus. ali⁹ obliqu⁹.  
 Circularis eſt corporoꝝ ſupioꝝ  
 put firmamētū mouet fm for-  
 mā qdēz ut dicit phūs. nō fm  
 ſubſtatiā. hoc eſt tū re q̄ nō  
 mouet ad locū. ſz in loco. alio  
 tuſ aūt rectus ſurſum eſt. uel  
 deorſum. fm q̄ corpora inferi-  
 ora mouet pp leuitatē. uel gra-  
 uitatem. Motus obliquus cō-

positus eſt ex recto ⁊ circula-  
 ri. vñ qđ reflectiſ h̄t a motu  
 circulari. qđ vō linealiter pce  
 dit h̄t a recto. Nullo at iſto-  
 rū modox mouet de⁹. q̄ ppe-  
 tates iſtoꝝ motuū nō ouenire  
 ei. Posſumus aut dicere q̄ iſli  
 motus deo cōueniunt mystice.  
 ut dicat moueri motu circula-  
 ri oīa regēdo ⁊ gubernando.  
 Itē motu recto bonos remu-  
 nerādo. Itē motu obliq⁹ ma-  
 los puniēdo. Eodez nō posſet  
 dici q̄ deus mouet motu natu-  
 rali. quo ſolita. s. bonitate oīb⁹  
 creaturis p captu eaz le cō-  
 eat. Itē motu uiolēto quo pec-  
 catores iuste dānat. Itē motu  
 uolūtario quo cūcta in eſe cō-  
 ſeruat. Sic pōt exponi dictuz  
 philosophi q̄ assignauit motu  
 a cētro. ⁊ ad cētruz. ⁊ circa cē-  
 trū. qm̄ deus mouet ad cētrū  
 in incarnatōe. ⁊ a cētro in aſcē-  
 ſione. ⁊ circa centrū in p̄dicati-  
 ſone. pp hec ⁊ his ſilia dī in li-  
 ſapietie. Spū ſcūs et mobilis  
 ⁊ ſtabilis eſt. mobilis q̄a facit  
 sanctos mobiles ad bene opā-  
 dū ⁊ in bono pficere. ſtabilis  
 aut q̄a dat in bono pleuerare.  
 vel mobilis in uia. ſtabilis i pa-  
 tria. vel mobilis in actiuis. ſta-  
 bilis in cōteplatiuis. vel modi-  
 lis i alijs ſaccis. ſtabilis i xp̄o.

**A**la. Reges et sup eū spūs dñi  
ic. Sciedū qdā opationes  
attribuūt deo bz causalitatē t  
eentia. ut scī. qdā bz calitate.  
t nreentia. ut comedēt t curre  
ze. qdā bz eentia t n calitate. ut  
creare t iustificare. qdā nec sic  
nec sic. ut peccare t meneiri. t  
huiusmodi.

**D**e simplicitate dei **La. 20.**

**S**implex ē de<sup>9</sup> t agel<sup>9</sup> et  
aia. bz differēt. qdā in deo  
idē ē qdā ē. t qdā ē. t hec ē pfecta  
simplicitas. hec sola icreata  
nata. hāc sibi uēdicat simplici  
tate. ut n aliud t aliud. alibi et  
alibi. mō t mō inueniat. In eo  
nēpe qdā hēt. t qdā ē. sep t uno  
mō ē. bz in agelo t in aia diffe  
runt qdā ē. t qdā ē. t idē est ibi  
quedā alteritas t cōpositio. bz  
ibi n sit dimessio qzitatis. vñ  
mercuri<sup>9</sup>. Insup celesti est uni  
tas. in celesti alteritas. in subce  
lesti plalitas. Simplex ē itaqz  
d<sup>9</sup> i eentia. qdā nihil ei accnī ē  
pōt. imo pfecta simplicitas ibi  
ē. cū n sit ibi possibilis additō.  
qdā qcdā ē i deo de<sup>9</sup> ē. vñ Leo  
papa. Simplicis dinitatis natur  
nihil addi. l minui pōt. qdā sep  
ē qdā est. cui ppū ē sepihū esse  
cū idē ē uiuer t intelligēt. vñ  
multiplex est i donis. Ap<sup>9</sup>. Alij

dat simo sapie tc. Jacob<sup>9</sup>. O  
da. op. t oē do. p. tc.  
deo ē cōpositio partiu liū  
liū. ut i domo. nec ptiu potia  
liū. ut i aia. nec gñis t dray. ut  
i spe nate materie t forme. ut  
i corpib<sup>9</sup>. nec coaceri. at oīl umi  
tatū. ut i nūero. nec qdā ē. t qdā  
ē. ut i agelo. nec substatiē t ac  
cidētis. ut i diuiduo. nec corpo  
ree substatiē. t icorporee. ut in  
hoie. De his. Ber. Non ptib<sup>9</sup>  
sistit de<sup>9</sup>. ut corp<sup>9</sup>. nec affecti  
b<sup>9</sup> distat. ut aia. nec formis sub  
stat. ut oē qdā factū ē. Hoc et  
ostedit rōe. qdā cū oē cōpositū  
sit posteri<sup>9</sup> oib<sup>9</sup> suis cōpositō  
b<sup>9</sup>. nec p<sup>9</sup> pncipio. l. deo qcdā  
sit pri<sup>9</sup> oīl deū qdā p<sup>9</sup> p<sup>9</sup> nō  
ē cōpositū. **P**reterea nulluz  
cōpositū ē totū suū ē. de<sup>9</sup> ig  
cū sit suum esse non erit cōpo  
situs. vñ Ber. Nō ē formatus  
deus. Dicitur est. non est effect<sup>9</sup>  
deus. omnia faciens cā est. n ē  
cōposit<sup>9</sup> de<sup>9</sup>. simplex est.

**D**e excellentia dei.

**L**apl'm.

**D. 21.**

**D**uine dignitatis excellē  
cor tia tāta ē qdā mēs de deo  
cōgitās deficit. Lū sit eis ipē  
et. hēsibilis. sensus enī n pē  
nī. Lū sit iusibilis. lingua ipz

## I

nō explicat. **L**ū sit ineffabilis. lo  
c<sup>c</sup> ēū nō caput. **L**ū sit icircūcri  
ptibilis. scriptura ēū nō expli-  
cat. **L**ū sit estimabilis. tēp<sup>t</sup> ēū  
nō mesurat. **L**ū sit imēsurabilis.  
vtus ēū nō attigit. **L**ū sit inac-  
cessibilis. dōsideria t uota trās-  
gredit. **L**ū sit isupabilis. ul' i-  
cōpabilis. t breuit̄ oīs creatā  
ad deū cōpātā defectū hz. qā  
finiti ad infinitū nulla ē ppor-  
tio. Ecce pz q̄ diuina excellē-  
tia nulli<sup>t</sup> eget. q̄ sibi sufficit.  
qm̄ optim<sup>t</sup> ē. Nō eīm indiget  
corpe. ut i... c loco ut alicubi  
sit. nec tpe u... alicqñ sit. nec cā  
ut aliūde sit. nec forma ut ma-  
teria sit. nec subiecto in q° sub-  
sistat. uel cui assitiat. **S**unt t  
alia que soli diuine maiestati cō-  
ueniunt. t nulli alteri create in  
qbus excellētia sue dignitatis  
apparet. sicut est eē e... rotētem  
oibonū. oīscieret. noscī  
oia pñtia p̄terita t futura. et  
oia singlaria simulactu solus  
cognoscit ea q̄ subsiuit libero  
arbitrio. t cogitatōes hoīnū  
sol<sup>t</sup> cognoscit per s̄ ipsū. Item  
ad ipm solū pertinet ubiqz p-  
sentē eē de nibilo res cre-  
instanti operari. in oper  
getum esse. mirabilia s...  
ex auctoritate de qualibz cr-  
atura facere quod uult. uolū

tatem hominis cognoscere. in  
ictu oculi mortuos suscitare.  
essentie hominis illabi peccata  
dimittere. gratiam infundere.  
in igne perpetuō corpus ser-  
uare. **Q**uando aliquid crea-  
ture conuenit quod competit  
creatori. tamen excellētius de  
deo dicitur. ut si in creatura ē  
potentia. in deo sit summa po-  
tentia. si sapientia. in deo sit  
summa sapientia. t sic de alijs.  
**V**nde t huiusmodi dicitur de  
deo in superlativo prop̄ qđ  
deus dicitur potentissim. sa-  
pienſiſſimus. optimus. pulcher  
rūmus. t sic de alijs. Aug<sup>t</sup> in li-  
bro de trinitate. Oportet deū  
cuius est. summe cuncta sen-  
tire atqz intelligere. nec mori.  
nec corrūpi. nec mutari posse.  
nec corp<sup>t</sup> ē. s̄ sp̄m. oīpotētissi-  
mū. mitissi<sup>t</sup>. opti<sup>t</sup>. bēſſimū fa-  
teamur. pōt t p̄t auctatē rō i-  
telligi. sive assignari. qz bōa s̄t  
et ellēt<sup>t</sup> i deo qz i creatā. qā  
tep ē aliquid nobili<sup>t</sup> i cā qz i cā-  
to. videm<sup>t</sup> ēt q̄ aq<sup>t</sup> purior ē i  
fōte qz i riuo. Radij quoqz sol  
lucidiores s̄t in iplo sole qz in  
aere. t dulcedo maior est i mel  
le qz i mellito.

**D**e nōtiōnibus dei.

**Laplū.**

122.

**P**otiones dei sunt quinq<sup>z</sup>  
s. paternitas. filiatio. p/  
cessio. innascibilitas. et cōis spir  
atio. Prima est patris. 2<sup>a</sup> filij.  
3<sup>a</sup> spūs sancti. 4<sup>a</sup> patris. 5<sup>a</sup> pa  
tris et filij. Tres pme notiones  
dicuntur psonales. eo q<sup>z</sup> psonas  
faciunt. et eas ppe distinguit.  
et ille sole sūt tres unitates triū  
psonarū qb<sup>z</sup> psonae dicunt tres.  
vñ l<sup>z</sup> pater plures habeat p/  
rietas. tñ pater pafnitate  
tātu vnius est. indiuisus ē in se.  
et diuisus ab alijs. Innascibili  
tas autem est in ppe. et sumitur  
puatione. eo q<sup>z</sup> pater sit a nullo  
et tñ pater significat distinctio  
nem psonale. sicut omnis non si  
gnata per hoc ipsum distinguunt  
a signatis. Similiter cōis spiratio  
est una notio. et illa unitas  
est idem in patre et filio. et ē di  
stincta ab omni alia notione.

**N**otādū i gr<sup>z</sup> ppe loqndo  
tres sūt ppietas psonales.  
s. pafnitas. filiatio. et pcessio.  
quia psonalis ppietas est que  
uni soli persone conuenit. et ea  
ab omni alia re distinguit. Re  
lationes uero sunt quattuor. qz  
una est patris ad filium. s. pater  
nitas. alia filij. ad p̄iem. s. filia  
tio. tercia est patris et filij ad  
spūm sanctum. s. cōis spiratio.  
4<sup>a</sup> spūs sancti ad patrem et fi

lium. s. pcessio. Notiones ut  
sunt quinq<sup>z</sup>. quia que dat rela  
tio est notio. et preterea innasci  
bilitas que patri conuenit per  
puationē relationis ad aliquid  
principiū non est relatio. Noti  
ones habent multa nō. dicitur  
enim notiones. quia notificant  
psonas. dicuntur etiā distincti  
ones. quia psonas distinguunt.  
dicuntur relationes. quia persone  
per eas ad se inicem referunt.  
dicunt quoq<sup>z</sup> ppietas. qz p  
prie psonis insunt. **N**ota re  
gulas notionū. nulla notio de  
alia predicas. Itē quelibet no  
tio est essētia diuina que ē dē.  
Itē oēs notōes sunt una essen  
tia. Itē nulla notio inest diuine  
essentie que distinguunt nec di  
stinguitur. Itē notiones sūpte  
abstractione pdicant dō essētia.  
sed sumptuē cōcertue nō. Vnde  
bene essētia est pater  
nitas. sed non dicit essētia ge  
nerans. Itē notio semp impo  
rat dignitatē. Item sumpta no  
tione non ponitur persona. qz  
aliquid conuenit notioni q<sup>z</sup> nō  
conuenit persone. Notioni. n.  
conuenit ppprie distinguere. sed  
distingui.

**D**e nominib<sup>z</sup> diuinis.

**O**ne nomen qd de deo

23.

dī. aut eētiale. aut pīoale. aut  
 noīale ēst. Essētialū quēdā sūt  
 substātua. ut deus creator. et si  
 milia. quēdā uero adiectua. ut  
 bon⁹. etern⁹. simēlus. et b⁹ moi.  
 Personalia sūt. ut pater. fili⁹. et  
 spūs sanctus. Notionalia sūt  
 ut pīnitas. filiatio. innascibili-  
 tas. et b⁹ moi. De his notādū  
 est q̄ nomē subāle. uel eētiale  
 abstrāctū et abstractuz nullo mō  
 pot trahi ad supponēdū p̄ p̄-  
 sona. vñ false sunt hec. Esse-  
 tia genuit essētiā. ul' diuinitas  
 diuinitate. Act⁹ eim gnatiōis  
 semp pōndus est in concreto.  
 Sz cōreta lz sūt essētialia tra-  
 bi tñ possūt ad supponēdū p̄  
 persona. et hec p̄ vba notōnalia.  
 uel p̄ ppositōes notōnales. vñ  
 uere sūt he. de⁹ genuit deuz.  
 creator creatorē. l' de⁹ d' deo.  
 Silr de noib⁹ q̄ media sūt. ut  
 lumē de luie. Itē hoc nomē sa-  
 piētia. lz sit abstractū. ut sapia  
 de sapia. Essētialū autē adie-  
 ctuoz qdā p̄dicāt pūr diuinā  
 subāz. ut bon⁹. et ens. qdā esse-  
 tiā diuinā cōnotādo p̄uatōem  
 p̄ncipij et finis. ut etei nūs. uel  
 certe mēlure localis. ut amēs.  
 qdā p̄ncipalit̄ significat eētia  
 diuinā. et cōnotant effectum in  
 creatu actu ut creat. iustificat.  
 uel in habitu. ut iust⁹ et misericors.

2018. uel i patētia. ut oīpotēs.  
**E**sūt quēdā uerba quoz nec  
 significatio. nec modus signifi-  
 cādi deo cōuenit. ut currere et  
 abulare. nā modus ē uaria in-  
 clinatio aī uarios ei⁹ affectus  
 demōstrās. Modus significa-  
 di nibil aliud ē qz dispō uocis  
 que cōstituit intellectu sub tali  
 mō itelligēdi. et p̄ vñs ipsā rē.  
 cū g⁹ deo dī ambulare uel  
 currere. et b⁹ modi. significatio  
 hoz p̄ut sūt actu deo nō que-  
 nit. Modus at significādi qui  
 quādā ip̄ortat ip̄fectionē. dico  
 quo ad motū. q̄ qdē mot⁹ ne-  
 cessitatis deo cōuenire absolu-  
 est. Quēdā sūt quoz significa-  
 tio deo cōuenit. lz nō mod⁹ si-  
 gnificādi. ut creare. facere. q̄  
 dā quoz significatio etiāz deo  
 cōuenit. ut p̄z in b⁹ vbo Exo.  
 Qui ē. milit me ad uos. Et no-  
 tādū q̄ oia que sūt p̄fectionis  
 de deo dīr. que at sūt ip̄fecti-  
 onis nō dīr. Luž dīr aut fm  
 assūptionez hūane nature. uel  
 trāslatiue dīr. Itēz in diuinis  
 tñ sūt duo modi p̄dicandi. s. p̄  
 modū substātie. et p̄ modū rela-  
 tionis. sed subā cōtinet v̄tutē.  
 et relatio m̄uplicat trinitatē.  
**Q**uedā noia que de deo dī  
 cūtur etinalis. ut dñs et miseri-  
 cors. que cōnotat effectum in

**P**creatura sicut sit. Quedam vero  
temporalis. ut dominator. et misera-  
tor qui conatur effectum in crea-  
tura sicut actu. Quedam plalit.  
ut psone. Quedam singulariter. ut  
dus. Quedam ppe. ut ppeta-  
tes psone. Quedam appropria-  
te. ut potentia. sapia. Quedam  
positiva. ut iust. Quedam pua-  
tive ut imortalis. et hec magis  
ppe dominus deo quod positiva. quod  
melius deo deo quod non sit. quod quod  
sit. Quedam translatione sunt. ut  
agnus. leo. qui symbolice deo  
dominum. Duplex est. n. theologia  
symbolica vero. et mystica. Sym-  
bolica nostra. ut deum ab inferiori.  
Mystica a superiori. Symbolica  
nostrat deum per conuenientiam rey. cum  
deo leo. agnus. et bene mōi. Mysti-  
ca vero. i. occulta nostrarat deum per bene  
quod in occulto de ipso sentit per  
intellectualē visionē. sive cōte-  
plationē. ut quā nostrarat deum. sua-  
tē. dulcem. dilectum. et bene mōi.  
Utrobique tamen per creaturas no-  
minatur. sed in symbolica per exteri-  
ores. in mystica per interiores. et  
digniores affectus quos anima su-  
pra se recipit. et ita impotit per  
bonum sapientiam. bene mōi. propriū experi-  
mentū est cognoscere qualis sit  
deus. Quedam dñm collectivae.  
ut trinitas. trinitas. Quedam rela-  
tive. ut equalis. similis. Qua-

dā respectine ad creaturas. ut  
creator refugiat. Et hec nostra  
nō dicunt relationē dei ad alid.  
sed alia hūt relationē ad ipsos vel  
ad ipsa. **D**uo sunt principalia  
nostra dei. s. qui est. et bonus. Per  
primum significat dei esse absolu-  
tū in se. et sic considerat. ut infi-  
nitū. per secundū notat esse diuinum.  
ut causa. fecit. n. deus omnia per ho-  
nitatem suā. In theologia sup-  
ponit quod. et hoc per nostra essen-  
tialia. ut deus. diuinitas. potē-  
tia. essentia. natura. Itē suppo-  
nit quod per psone. supponit que  
per notionem. Preterea. neutrū  
genus deus subā diuina. per masculi-  
num psone. per femininū notio. et  
per bene p̄z quod non deus cātari in hymno.  
vnuus p̄z cu filio. quod p̄z et fi-  
lius non sunt unus in psone. sed  
vnu in subā. vnu magis cātādē  
est. vnu patri cum filio.

**N**on deus est ineffabilis.

**Cap.**

124.

**N**ihil digne uel proprie de  
deo dici potest per eius ex-  
cellētiā. nō. n. per nomia ppe de  
deo loquimur quia nostra significat  
subā cum qualitate. et ita intelli-  
gitur ibi cōpositio forme cum  
materia que in deo non est. nec  
per propria. quia deo dicitur cadūcē  
et monstratōe. nō. n. potest esse ibi

## I

Demostratio ad sensū. cū sit i-  
mōrpor. nec demōstratio ad  
intellectū. cū sit incognoscibilis.  
Si g° dicitis q; b° mōi pnomia  
fīm Priscianus cadūt a demō-  
stratōe cassa erūt 7 uana. **D**i-  
cēdū est sibi est demōstratio  
ad fidē. **I**ba que cū mo-  
dis 7 fo-mis. cū tēpōf sine cāu-  
agēdi uel patiēdi significantia  
sūt. sed talia nō cadūt in deuz.  
neqz p p̄cipia que sequūt na-  
turaz noīs 7 vbi. nec per alias  
ptes oñonis que nō sūt subicij  
biles ul' p̄dicabiles. Ex his pz  
q; deū nō possim⁹ notificare  
p diffinitōez. s̄z q̄litēcūqz p cir-  
culo quitionē. vñ Ber. Quid  
est de⁹? ex q° oia. p quē oia. in  
quo oia. Quid ē de⁹? q° nihil  
melius cogitari pōt. Quid est  
deus? voluntas oipotēs. bēiuo  
lētissima vt⁹. lumē eterñū. incō  
mutabilis rō. sūma beatitudo.  
invisibilis. inaccessible i.e. in  
suis spectabilis. 7 sol⁹ mirabi-  
lis. **M**ultis modis asseritur  
aliquid de deo. Primo p nafalē  
rōem que dictat q; vñ de⁹ ē  
fr̄minator bonoz. 7 punitor  
maloz. 2° p fides qua dicimus  
deū unū esse in subā. 7 trinū in  
psomis. 3° p sacrā scripturam.  
4° p rōes phabiles. 5° p ex-  
teriorē opiones l' p̄dicatiōes.

Sz in his duob⁹ modis nō est  
initēdū. nisi firmitatē hēat ab  
aliquo p̄dicoz triū. **E**st. n. re-  
gula q; q̄cūqz asserit aliqd de  
deo qđ nō est sibi certū p na-  
turalē rōem. uel p fidē. uel per  
facram scripturā p̄sumit 7 pec-  
eat.

**D**e ideis 7 libro uite.

**C**ap.

125.

**T**Dee rex 7 exēplar 7 ra-  
tiones sic in deo sunt q;  
idea iportat cām efficiētē. co-  
formē effectui. s̄z exēplar cām  
formalē. ratio uero cāz finalē.  
Deus enim omniū rerū ē p̄i⁹  
a quo sunt forma 7 exemplar.  
ad cui⁹ imitationē sūt. 7 finis  
ad quem sūt. Hec tria sic a se  
differunt q; exemplar unus ē.  
q; exēplar cōnotat cālitatē. cū  
vō in cā sunt unum. sed ratōes  
7 idee sunt plures. quia ista re-  
spectu rerum dicūt. Sūt itaqz  
plures idee que cōnotat cogni-  
tionem. Lognoscibila autē di-  
stinguūt in cognoscēte. Simi-  
liter 7 rationes in deo plures  
sūt. q; singula cāta sunt p̄p̄ijs  
rōibus. Absurdū enim est di-  
cere. ut ait Aug⁹. equū creatūz  
esse ea ratione qua hominem.  
**A**sciēdū autē est q; duplex ē  
pluralitas. vna quidē est rex.

**K**et sicut hoc non sunt plures idee. si  
ne exemplaria in deo. immo una res  
est que omnium est exemplar. scilicet esse  
etia diuina quam oia imitatio. inquit  
bona sunt. Alia vero est secundum intel-  
ligentie rationem. et secundum hoc plures  
idee sunt in deo. quia eum omnes  
res in quantum sunt diuina imitatur  
essentia. put est imitabilis. non  
tamen uno modo. sed diversimode  
et secundum diuersos gradus. Sic igitur  
diuina essentia secundum quod est imita-  
bilis hoc modo ab hac creatura  
est propria ratione huiusmodi creata. et similiter de  
aliis. Unde secundum hunc propositum idee in deo  
sunt. quod intelligitur diuina essentia secundum di-  
uersos respectus quos res habent  
ad ipsam eam imitantes diversimo  
modo. huiusmodi non solus intelliguntur ab intellectu creato. sed etiam ab incre-  
ato ipsis deo. Scit nam deus. et ab  
eterno scivit quod diuise creature  
diuersimodo ipsius essentiam  
esset imitare. et secundum hunc ab eterno  
fuerunt in mente diuina plures  
idee secundum quod intelliguntur. sicut ra-  
tiones proprieatis rei intellectae in deo.  
hoc eum importat nomen idee ut  
sit. scilicet quedam forma intellecta ab  
agente. ad certum exemplum existens opus  
producere intendit. Dicendum est  
quod igitur rationes in deo. et idee sunt  
per pluralitatem ideatorum. certum ex-  
istens in naturis. Uidetur enim quod  
oces lineae circuli unius in centro

remote autem a centro diffusa sunt  
ab invicem. Item idee sunt. ut dicit Augustinus. forme principales rerum  
que diuina intell. getia continetur.  
Dicendum est igitur quod sicut in  
mete artificis prius est forma  
rei quam opus exeat. sic idee rerum  
ante mundi constituta. in mente  
creatoris erant. . . . . aliquid  
ex se aspiciebat secundum quod mundum  
faceret. Ex hoc proposito ideo cre-  
atura prius in deo existit quam in  
se ipsa. unde cum ab ipso per creati-  
onem processit ab ipso quodammodo  
distare cepit. unde rationis crea-  
tura ad ipsum redire debet cui primo  
inuita fuit ante quod esset. et huiusmodi per  
ideas que non aliud quam ipse de-  
sunt et erunt. sic autem ad locum unde  
exit fluvia revertitur. Res  
put sunt in deo dominus uita que i-  
portat rationem boni. Jo. p. Quid  
factum est in ipso uita erat. di-  
citur et lux que importat rationes unde  
Augustinus super genit. Creature in deo  
sunt lux. hec igitur dominus. quod in deo  
non sunt mala neque falsa. Diffe-  
rentia est inter exemplar. et librum  
uite. et speculum. Exemplar. nam deus  
respectu rei. ut redeuntum tamquam  
ad eam propriam. quod connotat crea-  
tura. ut supra dictum est. Specu-  
lum deus respectu rei euentum. De  
libro uite dicit Hugo de sancto  
vicente. quod liber uite est cuius origo

## I

na, incorruptibili essetia.  
cognitio va. scripta idelebilis. i  
spectio desiderabilis. doctrina  
facilis. scia dulcis. pfectus in  
scrutabilis. vba innumerabilia  
tum unu vbo ola. alia vo modera  
loquendo multipli e in deo. s.  
sicut ram i arbore. apis i flo  
re. nauis i littore. fessus i tha  
lamo. thesaur i agro. scripta  
in libro. anicula in nido. piscis  
in riuo. quelibet res in sibi p  
prio. stella i firmamento. imago  
in speculo. cera in sigillo. gema  
in auro. mel in favo.

**D**e appropatis diuinis pso  
nis. **C**ap. **26.**

**Q**uavis oia entialia o/  
uis psonis equt suemate  
appropat tñ pti potentia. filio  
sapia. spu sancto bonitas. i hoc  
pp exclusione carnalis itelle  
ctus. ne vñ p roe atqutatis cre  
dat ipotes. fili roe iuuentutis  
credat insipies. spu scus roe  
spenuositatis credat crudelis.  
hec ro priet ad simplices. s. q  
potentia naturalis pcedit sapie  
tia. i utrags bona uoluntatem.  
**D**e attributis itaqz e loqui  
duplr. aut fm re. i sic oio id  
sunt nec appropat. aut fz roez.  
i sic eoz quedam appropiat. q  
da no. nam appropriatio nibi  
aluid. e qz spalis attributo roe

alic coformitatis cu ppo illi  
psone. sicut potentia bz silitudi  
ne cu pte q est pn uniuersale.  
i sapia cu vbo. i bonitas cum  
amore. Predicta appropat oez  
het cõsuetudo. scripturaz que  
opa manifestine poterit attri  
buiri pti. sapie filio. boitatus spi  
ritu sancto. **A**lia e approparo  
Hylarij. Unitas in pte q non  
het pn inceptois in se. nec pn  
cipiu essedi ab alio. Spes i ima  
gine. i. in vbo. qr sume pulchz.  
vslus in munere. b o e i spu sc.  
qa sume pfectu i cõcatiuem.  
Istud p alia uerba sic intinuat  
Aug. in pte unitas. in filio equt  
tas. in spu sc. equalitatiz cõ  
cordia. Conenit at pti unitas.  
qr sicut unitas a nullo descen  
dit. i ois plalitas ab ea dfluit.  
sic de pti a nullo e i alie psone  
ab ipso sunt. **P**reterea sicut  
unitas de se gignit unitatem. ita  
de se pti gignit altery se. i. filiu.  
In filio vo dñ ee equt q equt  
pti. no solu in potentia. sapia. et  
bonitate. Sz eti in b o. qr sicut  
pti dat sua bonitate alteri pso  
ne. sic i fili. In spu sc. aut est  
unitas. equalitatiz cõcordia.  
seu conexio. qr est amor aboy  
. i. ptis i filij. **T**et quarta ap  
propriatio est q in pte e ratio  
principadi i originadi. qr seme

þn<sup>o</sup>. In filio vō rō exēplandi.  
qr sume pulchrā. s̄z i spū scō rō  
faciēdi. qr sume bonū.

*De potētia dei. Cap. 27.*

**B**otētia dei duplex est. s.  
absoluta. et ordiata. Adl  
ta vō pōt p<sup>o</sup> mó. que n̄ pōt 2<sup>o</sup>  
mó. qr m̄la subsūt iue potētie  
q̄ n̄ cōueniūt sibi. ut facēr ma  
la. poss̄ s̄z tñ ea congruetia. et sic  
posset ea facere. De<sup>2</sup> p̄ oia  
pōt oib<sup>o</sup> móis. qr pōt pdūcer  
de nō eē in eē. et h<sup>o</sup> p creatōez.  
Itē pōt ex icōpleto cōpletū fa  
cere. et hoc p ppagatōez. Item  
pōt mutare unū cōpletū i alio  
cōpletū. sicut p̄z in trāsubstātia  
tionē panis i corp<sup>o</sup> xpī. De ta  
libus dicit Aug<sup>o</sup>. Demus deo  
aligd posse. et nos itelligere nō  
posse. Potētia dei appetit in  
mūdi initio. medio. ac fine. In  
p̄n<sup>o</sup> qdē qa res creauit de ni  
bilo. In medio at̄ qr res ne i ni  
bilo v̄tāt sua potētia continet.  
In fine vō. qr mortuōs mira ce  
leritate suscitabit. Appet quo  
qz potētia dei i reb<sup>o</sup> spūalib<sup>o</sup>.  
qr cū diabolus ptātem hēat in  
nobis immutādi sensū et fāta  
siā. ēgel<sup>o</sup> at̄ hēt ptāte sup h<sup>o</sup> et  
sup itellectū. Sol<sup>o</sup> at̄ de<sup>2</sup> n̄ so  
lū hēt ptāte sup tria pdicta. s̄z  
et pōt mutare uolūtate. Aug<sup>o</sup>  
dicit qr de<sup>2</sup> r̄os p̄uenit ut uel

limus. et subseq̄t ne fruſtra uē.  
limus. Iz de<sup>2</sup> sit oipotēs. tñ nō  
attribuit ei act<sup>o</sup> culpabiles. ut  
mētiti. et male uelle. nec pēales.  
ut mettere et dolere. nec corpo  
les. ut comedere et dormir. nisi  
forte trāſūptū. nec act<sup>o</sup> incō  
ueniētes q̄ p̄nt eē tripli. P<sup>o</sup>. si  
aliq̄s act<sup>o</sup> cōtradicit die potē  
tie. ut est facere maiore se. 2<sup>o</sup> si  
cōtradicit ei<sup>o</sup> vitati. ut ē facēr  
aliqd siml<sup>o</sup> eē et nō eē. uel q̄ p̄te  
ritu sit futur<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup> si contradicit  
ei<sup>o</sup> bōitati. ut dānate petrū. et  
saluaf Judā. De his Anselm<sup>o</sup>.  
Qdlibet incōueniēs et minimū  
ipossible est apud deū. Horū  
at̄ hec est rō. qr potētia dei cū  
sit pfectissima. nec est de nibi  
lo. nec ē sub alio<sup>o</sup>. vñ nō potest  
desicere peccādo. nec succubēr  
patiēdo nec egere subsidiūz in  
aliqb<sup>o</sup> querēdo. ac per hoc nec  
culpabilia. nec penalia. nec ma  
terialia pōt. Dicendū quoqz  
q̄ de<sup>2</sup> pōt oia p se. uel p crea  
turā. illa dico oia p. s̄le que s̄t  
potētie. hoc aut̄ iō dī. qr posse  
peccare nō est potētie. s̄z infir  
mitatis. deo aut̄ cōpetit pfectū  
posse. et pfectū diuinū. de quo  
Dio<sup>o</sup>. Dñatio ē n̄ peis. ex. tm.  
s̄z oimodū pul. et bo. oimoda et pfe  
cta possessio. firma et n̄ ualens  
cadere fortitudo. Notaduz

**G** qdā opatiōes attribuūt  
deo fz cālitatē. t̄ nō fz eētiā.  
ut comedere. currere. qdā fm  
essētiā. t̄ nō fm cālitatē. ut iū  
stificār. creare. qdā nec sic. nec  
sic. ut peccare.

**D**e vītū miraclor.

**L**ap.

**128.**

**Q** uoniā p diuinā potētiā  
sunt miracula. iō de mira  
culis ē agēdā. Aug. āt illō uo  
cat miraculū qeqd ardūū. aut  
isolitū supra spez l' factatē ad  
miratīs apparet. Ad b° q alii  
qd sit miraculū q̄ tuor regrūt  
uel cōcurrūt. p° ē q sit a deo.  
z° q sit p̄ter naturā. z° q sit  
euidēs. q° q sit ad fidei corro  
borationē. vñ si aliqd istoz q̄  
tuor defuerit mirū dici pot n̄  
miraculū. Nota q; quedā s̄t  
supra naturā. qdā ī naturā. q̄  
dā p̄ter naturā. Supra naturā  
sunt illa qb̄ n̄ ē sile i nata. nec ī  
potētiā nata. sicut ē v̄ginē pe  
re. Cōtra naturā s̄t q̄ sunt usi  
ōrio nata. tñ t̄minat ad cōfor  
mitatē nature. sicut ē ceci illu  
matio. fz p̄f naturā s̄t q̄ fiunt  
ordine sili nata. n̄ tñ p̄ p̄n̄ na  
tur. ut ī mutatōe v̄gaz i serpē  
tes. q̄ illō potissz fieri ordie  
nata p̄ lōgā putrefactiōem. ut  
pz p ea q̄ sunt fz rōes seinales.

**V**ñtñ qz n̄ fuit ibi opatio natē  
miraculū fuit. Bes qñz pdū  
cīt ab agēte sil'i successiue. hoc  
attribuūt nata. t̄ dī natale. qñ  
qz pdūcīt ab agēte dissili ī i  
staci. t̄ hoc attribuūt deo. t̄ dī  
miraculū. Sciedū q; qñz po  
tētiā aliq̄ t̄ ei² act̄ ē natalis.  
sicut visus t̄ uidere. qñz potē  
tiā ē miraculosa. t̄ act̄ ei² na  
turalis. ut qñ cecus illuminat̄  
uidet. quādoqz utrūqz est mi  
raculosum. ut part̄ uirginis.  
**N**ota q̄ miracula uel mira  
sunt quādoqz in ente. ut statio  
solis. t̄ eius retrocessio. qñqz  
sunt in vegetabili. sicut quādo  
uirga Aaron floruit. quādoqz  
in sensibili. sicut fuit in locutōe  
asine Balaam. quādoqz in ra  
tionali. sicut fuit in ambulatōe  
claudoz. auditione surdorum.  
fusciatione mortuoz. in par  
tu uirginis. Ut autem sciamus  
quando aliquod miraculū fit.  
Nota differentiam inter ra  
tiones causales. seminales. et  
naturales. quia ratio causalis  
est potentia passiva creature  
absqz omni dispositionē natu  
re. ut solāmodo deus ex ea fa  
ciat qd vult. sicut fuit in par  
tu v̄ginis. t̄ i talib̄ simp̄l̄ est  
miraculū. Rō āt seinalis ē potē  
tiā passiva nata. fz cū dispōne

**E**remota sicut fuit. i vñgis d qb<sup>2</sup>  
facti sunt serpentes. et h<sup>o</sup> factus  
fuit i istati. nata at fecissz idem.  
sz n̄ nisi paulat p lögā putre-  
factione. vñ p̄ q ea q fuit fm  
rōes seinales. ptiz sūt natalia.  
prim miraclosa. Rō natalis ē  
potēcia cū dispōe ppinq. sicut  
p̄ i materia qn̄ ē i vltia sui di-  
spōne. ut formā recipiat. et fm  
būc modū ē rō natalis i gra-  
no seato ad pductōez segetis  
et hoc est miraculu.

**D**e scia dei. **A**apl 3. 22.  
**S**icut de oia pntialiter et  
simul pfecte quoqz et i-  
mperabilit. pntiali dico. h<sup>o</sup> est  
ita limpide. ac si cūcta esset p-  
sctialit eentia. Siml' et scit oia  
qz uidēdo se. qz sibi pns est oia  
uidet. Perfecte quoqz. qz co-  
gnitio eius nec pot augeri. nec  
minui. Scit et imutabilit. qz no  
scit oia p naturā sui itellectus  
qz ē imutabilis. Dicendū g<sup>o</sup> qz  
de cognoscit ipalia etinaliter.  
mutabilia imutabilit. cōtingē-  
tia ifallibilis. fusa pntialit. d  
pndētia i depēdet. creata i crea-  
te. Alia vō a se. i se. et p se. No  
ta vñam iter sciaz dei. xpi. an-  
geli. et hois. qz de scit oia sil.  
uidet. n. multa i uno. i. a se ipo.  
vñ in visioe dei non differt id  
qz uidet. et p qd uidet. sicut in-

hoie qz uidet p oculuz. qz uidet  
se p se. et i se uidet oia. Christ<sup>o</sup>  
at fm qz hō scit oia qz scit de<sup>2</sup>  
scia visiois. Iz nō ita limpide si-  
cut de<sup>2</sup>. Angelus vō deiformē  
hēt itellectū cū deo. i. illa qz scit  
scit simul actu et scia visiois. si-  
cut de<sup>2</sup>. Iz nesciat oia qz scit de-  
us. sz hō unū solū scit actu. qz  
iz uideat mīta. illa tñ nō uidet  
uno actu uidēdi. sz mltis. i. per  
mītas rex similitudines. Sapia  
dei Iz in se ipa nō diversificet.  
diversa tñ sortis noia. Inqz̄tu  
n. sapia dei cognoscua ē pas-  
sibiliū dī scia. sive cognitio. Itē  
iqz̄tu ē cognoscitā oiu z qz fuit  
i mūdo dī eē visio. iqz̄tu ē co-  
gnoscua eoz que bñ fuit dicte  
approbatio. inqz̄tu ē cognos-  
tia futur oz dī pusilio. inqz̄tu ē  
ē cognoscua eoz qz ab ipo do-  
facieda sūt dī dispō. inqz̄tu ē  
cognoscua pntiaoz dī pde-  
sinatio. inqz̄tu est cognoscua  
dānādoz dī reprobatio. **L**o-  
gnitio via cū sit pfectissima oia  
cognoscit diffictissime sub oī  
b<sup>2</sup> cōditōib<sup>2</sup> qz res hñt. et pp  
hoc futura scit futura. pntia p-  
scit. et bona approbadā. mala-  
qz reprobada. Si at scire uo-  
lueris qlit d<sup>o</sup> cognoscit mala.  
Notādu qz cōtingit aligd co-  
gnosci duplī. aut p spēz ppā.

ut p spēm alienā. p<sup>o</sup> mō co-  
gnoscit̄ hītus. 2<sup>o</sup> mō p̄uatio.  
Itē p̄mo mō cognoscit̄. 3<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>  
nō tenebre. Eodē mō dō ē q̄  
p<sup>o</sup> mō cognoscit̄ bonū. 2<sup>o</sup> mō  
malū. s. p spēm oppōsiti hītus.  
Nihil. n. ē malū. nīl bōi p̄ua-  
tio. vñ dō ē q̄ deus cognoscit̄  
bonū p unicū mediū. s. p p̄pa-  
centiā. mala aut̄ p duplex me-  
diū. nā p ecentiā suaz cognoscit̄  
hītū opp̄ sitū malitie. t illo hī-  
tu mediate. ut ē in ip̄o deo co-  
gnoscēte cognoscit̄ dfectū ei<sup>o</sup>.  
t iō dī mala a lōge cognoscer.  
vñ psal. Et alta a lōge cogno-  
scit. i. male.

De p̄destinatōe. **L**ap. 50.  
**P**redestinatōis diffini-  
tōes assignant ab Aug<sup>o</sup>  
quattuor. p<sup>o</sup> ē. Predestinatō ē  
p̄scia bñficior̄ dei. 2<sup>o</sup> ē. Prede-  
stinatio ē alic<sup>o</sup> ad gliaz pordi-  
natio. 3<sup>o</sup> ē. Predestinatio ē p-  
positū misendi. 4<sup>o</sup> ē. Predesti-  
natio ē p̄patio grē i pñti. t glo-  
rie i futuro. In p<sup>o</sup> diffinitōne  
notas dia cogntio. in 2<sup>o</sup> elec-  
tio. in 3<sup>o</sup> uoluntas. in 4<sup>o</sup> dire-  
ctio i fine. Predestinatōis cō-  
efficiēs de<sup>o</sup> ē q̄z̄tū ad effectus  
notatos in noīe p̄destinatiōis.  
Materialis at̄ cā ē ille q̄ p̄de-  
stinaſ. Iz formalis ē mōus l' or-  
do p̄destinatōis. q̄ p̄dat ḡ

I  
q̄ p̄ hoc glia. Lā finalia ē dī-  
plex. s. ut sim<sup>o</sup> facti t imaclat<sup>o</sup>  
in ſpectu dei. Nota dīaz iſ  
hec q̄ p̄oit Aug<sup>o</sup>. s. uocatōeſ. u  
ſtificatōem. p̄destinatōeſ. t ma-  
gnificatōem. Uocatō. n. retrā-  
bit a malo. Justificatō respicit  
initiale bonū grē. Predestinatō  
respicit grē bonū finale. Ma-  
gnificatō vō ē bonū glie ſufe.  
uel dicas q̄ p̄destinatō p̄ grīaz  
glīam p̄pat. Uocatō grām of-  
fert. Justificatō illā cōfert. sed  
magnificatō p̄ grīaz gloriā ml'  
tiplicat. Scindū q̄ duplex ē  
actio. in diuinis. ſicut in natura  
libus. Una ponit aliqd in rē ex̄  
ut calor ignis. Alia n. ut uifio.  
t ſic uifio in diuiniſ ē duplex  
actio. Alia nō. ut p̄destinatio. q̄  
nō ifert reb<sup>o</sup> neceſſitatē. ſicut  
vbi grā. De<sup>o</sup> ſcit ſi iſte ſit co-  
mestur<sup>o</sup> hodie. uel n. nihilom<sup>o</sup>  
iſte bz p̄tātē comedēdi. t ma-  
nū ad os porrigēdi. q̄ ſi p̄de-  
ſtinatio rebus neceſſitatē ipo/  
neret multa ſequerēt̄ iſcouenī-  
tia. nā fruſtra pponerēt̄ bōis  
p̄mia. t malis ſupplicia. Itē i-  
uifte reimunerat̄ boni. t pu-  
nirentur mali. Itē maloz no-  
ſtroz deus auctor eſſet. Item  
n. c ſperandi aliquid. nec ſup-  
plicandi illa eſſet ratio. Item  
enauareetur libertas arbitrii.

que se h̄et ad utrūq;. Item nec bona facientes essent laudabiles, nec mala facientes uituperabiles. **S**ciendū tamē q; h̄ est duplex. Si deus preuidet hoc, hoc necessario eueniet, q; coniunctiz est uera, diuisim falsa, et est ibi necessitas consequētie, non consequentiā, quia licet ibi sit hitudo, siue illatio unius cathegorice ad aliam, non tamē necessere est q; ipsi termini sint actu, verbi gratia. Si homo ē animal, necessitas est consequētie non consequētis, nam hoc potest non esse cum materia, tamen stabit, et de hoc habemus exemplū Boecij in libo de conso. Si aliquis uidet aliquę faciētē rotam, necessere ē q; iste faciat rotā, nec tñ uilus er̄ ē cā illi factōis, sic deus uidet mala illi opa, nec tñ ē cā q; re male oper, vñtñ fieri si pñissū ē. Item bonū exemplū. Si aliquis h̄ oculū tāte p̄spicacitatis, ut uideret futura, nō ideo ligaret res ad euētū. Itē artifex, i. ma teria nodosa bñ uidet defectū effect⁹, nihil tñ ē tā effect⁹. Itē due sūt pagine libri uite. Una ē pñtis iustie a qua pōt q; de leri. Alia ē dispois eterne d̄ q; nullus delebit. D̄ra est inf p̄ destinatōez et p̄sciētiā, q; p̄de-

stinatio est p̄cognitō honorū cū cālitate eoruē, sed p̄sciētia dicit p̄ cognitione maloz sine cālitate, que potius residet pe nes liberū arbitrium. **L**ū dī a sanctis q; p̄destinatio orōib adiuuat, nō est sic intelligēdūz q; tpale causet eternū, s; h̄ q; tu ad effectū p̄destinatōis iuuac orō, s. q; tu ad ḡraz et gliaz, q; s; illa bñ coopatur liberū ar bitriū p̄destinatōi, v; i sicut d̄ aliquē saluādū p̄uidet, sic et mo di quo saluari debeat, pp q; stultus est q; dicit. Uolo facere q; placuerit, q; si saluari de beo saluabor, uel si dānari dā nabor.. Sicut stult⁹ esset infir mus q; diceret. Uolo comedē et bibere q; placuerit, q; si cu rari de beo curabor, uel si mori de beo moriar, sic n. inutiles essent et medici et medicine. Sa ne si deus permittit liberū ar bitriū q; se habeat ad utrū libet in maluz cadere, hoc non permittit, nisi iuste. Rursus si per gratiam p̄ueniat nulli facit iniuriā. **L**ū ergo deus ma los dānat et r̄probat operatur s; iustitiam, quando uero p̄ destinat agit s; gratiam et mi sericordiam que non excludit iniuriā. Uoluntate autem p̄ mult deus omnem hominē

## I

saluum fieri inquantum homo est. Voluntate autem secunda non uult istum hominem reprobum. inquantum ipse est talis. Voluntas igitur antecedens respicit et dinem nature in finez put a deo condita est. Voluntas uero consequens respicit ordinem persone. prout est libero arbitrio suo. uel alieno in finem disposita. **H**ec de realitate dicta sunt. sed logice loquendo cum salutatio hominis sit contingens de necessitate determinata non potest. qd enim potest esse et non esse contingens non necessarium. sicut philosophus dicit in libro secundo pmi. Si uero queritur quare deus hunc predestinavit. si uel elegit. et non illum. hoc inexplicabile est in hac uita mortali. per hoc enim exclamat ap<sup>r</sup> Ro. O altitudo diuina sa. 7.1. dei. qd in eo. sunt iii. et in. u. ei<sup>r</sup>. Si enim dicimus quod reprobis repellunt gratiam. hoc uerum est. sed si essent predestinati non repellerent finaliter. unde aug<sup>r</sup> libro de predestinatione sanctorum. Gratia inquit que occulte humanis cordibus attribuitur a nullo duro corde respuitur. ideo quippe tribuitur ut duritia cordium auferat.

**D**e pscia et reprobatione.

**C**aplini.

51.

**R**Eprobato est ut ait Au<sup>r</sup> pscia iniqtatis quoruad et ppatio vanatois eo rude. vñ nota qd i reprobato tria sunt. vnu est pnsio iniqtatis ab ethno. altez obdurato. i. subtracto gne i pnti. 3<sup>r</sup> est ppatio pene cfne in futuro. **S**i g<sup>r</sup> querit vtr reprobatio hecat cazz ex pte hois qstn ad p<sup>r</sup> meritu hois n. e. c<sup>r</sup> q<sup>r</sup> ad 2<sup>r</sup> ca est meritoria et effectiva. q<sup>r</sup> ad 3<sup>r</sup> ca est meritoria. sz no effectua. ecotra in pdestinatioe sunt tria contraria. sz i h<sup>r</sup> est vtra. quia pdestinatio ppaz gloriam fm beneplacitum. sed reprobatio ppaz penam exigetia meritorum. **D**e obdurate sciendu est qd translatiue d<sup>r</sup> fm si militudine obdurations i corporib<sup>r</sup>. Duritiam at corporis sequitur triplex ppetas. p<sup>r</sup> est inabilitas ad suscipiendum ipsionez. 2<sup>r</sup> est stabilitas ad permanendum in se. 3<sup>r</sup> est fortitudo ad resistendum. His modis d<sup>r</sup> cor obduri tripli. Uno modo p ibilitate ad suscipiendum gratz. 2<sup>r</sup> modo p firmam adhesionez ad pccm. 3<sup>r</sup> modo p rebellione diuinaq; inspirationum et mandatorum dei. vñ querendu est utru psciti a deo

¶

possint demereri. et eōrio. Ad  
qđ vđ qđ sc̄ia dei p̄pat ad res  
creatas. sicut ars ad artificia.  
vñ sicut ars nō solū ē cognō-  
scitua. s̄z etiā factitia eōꝝ qđ fz  
arte fuit. eōꝝ vđ qb⁹ ab artis  
regulis deuiaſ est cognoscitī-  
ua tm̄. ita et sc̄ia dei est cognō-  
scitua et factitia oūum bonor̄.  
malor̄ at nō. siue pccor̄ qđ int̄  
deuiatōnes quedā ab et̄na le-  
ge ipsius. Sc̄ia dei est cognosci-  
tua tm̄. nō aut̄ cātiua. et lic p̄  
qđ boni qđ p̄ gratiā iustificat̄. n̄  
solū sūt ab et̄no cogniti a deo.  
s̄z etiā ad grām habēdā. Pecca-  
tores aut̄ neqđ iustificat̄ p̄ gra-  
tiā. nec sūt electi uel p̄ordinati  
a deo ad culpā. sed solū p̄sciti  
qđ n̄ sūt gratiā hituri. sed siue  
nake relinquēdi. et qđ n̄ oē agēſ  
p̄ot̄ id qđ est supra se natura  
sibi relicta nō p̄ot̄ in actu me-  
ritorū. qđ est supra facultatem  
natūr. pot̄ at̄ in actu peccati qđ  
est demeritori⁹. sicut et̄ aliqd  
infra naturā humāna existes.  
hō. n̄. peccādo descendit a digni-  
tate siue nature. et sic p̄z qđ pre-  
sciti p̄nt̄ demereri facilius qđ  
mereri.

**D**e nolūtate dei. **C**ap. 32.  
**U**olūtas dei duplex est.  
s. uolūtas signi et bñpla-  
citi. Uolūtas bñplaciti est du-

plex. s. antecedens. de hac uide  
supra caplo pxio. que sepe ex-  
pletur. et p̄ cosequens hec nūqđ  
remanet inexpleta. Alia est uo-  
lūtas signi. et hec qđ remāet  
inexpleta. h̄ mō ratio est. ha  
uolūtas dei p̄ot̄ sumi duplicit̄  
uel pprie. sic accipit̄ uolūtas  
bñplaciti uel metaphorice. et sic  
accipit̄ uolūtas signi. p̄o mō  
dī de⁹ aliqd uelle. et hoc uelle  
ipse deus est. 2⁹ mō metaphorice  
est ad modū uolūtis se h̄re.  
et hoc uelle n̄ est deus. hec igit̄  
divisio nō rei. s̄z uocis ē. sicut  
ira p̄ot̄ dici. uel p̄p̄e mor̄ ire.  
uel metaphorice sig⁹ ire. **U**olū-  
tas bñplaciti dei vñs ē recta  
et efficax. et irrephēsibilis. vñ  
qđ ē recta. null⁹ ē rect⁹. nisi co-  
formet̄ ei. Itē qđ est efficax ni-  
bil sine illa p̄ot̄ effici. nihil co-  
tra illā p̄ot̄ fieri. p̄ nullū p̄ot̄ i-  
pediri. Itē qđ irrephēsibilis ē.  
nihil p̄cipit. aut p̄mittit. nisi in-  
ste. nihil agit. aut consultit. nisi  
bene. Signa bñplaciti sūt qnqđ  
s. p̄ceptio. phibitio. cōſiliū. p̄-  
missio. et opatio. quoz numer⁹  
sic accipit̄. Uolūtas diuina p̄  
prie loqndo. aut p̄ntū. aut fu-  
turoꝝ ē. Si r̄spectu p̄ntū. aut  
id est bonuz. et sic ē ipletio. aut  
malū. et sic ē p̄missio. Si r̄spectu  
futuroꝝ sic ē triplex. aut ē ma-

lñ. et sic est phibitio. aut bonum  
 necessarium. et sic est pceptio. aut  
 bonum superrogatoris. et sic est co-  
 silium. Extra tria prima potest  
 illud fieri. quod se habet ut i fieri.  
 Extra duo ultima. scilicet promissio et  
 opatio. ne nihil potest fieri. quia  
 se habet ut in facto esse. et quod per-  
 fectum est non potest non fieri. De  
 his signis nota quod pceptum dicit  
 obligationem ad faciendum bonum.  
 phibitio dicit obligationem ad  
 uitandum malum. consilium dicit vo-  
 cernam per quam sciimus quod id quod  
 consilium si fiat affert primum. si non  
 fiat affert supplicium. permissione  
 dicit pruationem cohibitionis. et est  
 signum diuine voluntatis. non re-  
 spectu mali quod promittit. sed re-  
 spectu boni quod ex malo promitto  
 vobis. Non enim promittit de malum  
 fieri. nisi ex se ipso aliquod bonum  
 eliciat. ut per in teatationibus dia-  
 boli que plunt multiplex sciens.  
**P**reterea si non esset malum non  
 esset in bono pulchritudo. nisi  
 absoluta. Nunc vero propter copati-  
 onem ad malum clarius elucescit.  
 Opatio notat factionem in re per  
 quam referat creatura ad creato-  
 rem. De conformitate uolunta-  
 tis nostre ad deum sciendum est quod  
 duplex est conformitas. scilicet propor-  
 tio et proportionalitatis. Prior  
 modo est conformitas uoluntatuz

se secundum rationem entitatis. et sic est impossibili-  
 bile. hoc modo. quod finiti ad infinitum  
 nulla est proportio. Secundum modo est  
 conformitas que est secundum similitudinem  
 habere quod fieri potest. possibile est. non  
 idem uoluntu esse. alio utrobiusque. ut  
 scilicet homo uelit id quod deus secundum suam uelle.  
 quo vulnus nos uelle deus. quod si  
 humanae attedimur in forma uolu-  
 lenti. tunc si uolumus habere mer-  
 cedem nostrorum corporis oportet quod semper con-  
 formemur ei in forma uolentie.  
**S**i autem queritur utrum absolute te-  
 neamus. unde est quod conformi-  
 tas est quedam in actu ad quam  
 non tenemus. nisi habita chari-  
 te. et nec tunc nisi per tempore et loco.  
 ut quoniam quis cogitat dei virtutem. scilicet  
 articulos fidei tenet credere.  
 quoniam cogitat dei bonitatem tenet  
 diligere. Est alia conformitas in  
 habitu ad quam non tenet quoniam. ni-  
 si quoniam actu dei bonitatem recogno-  
 cit. quod tunc tenet se ad charita-  
 tem dei proprieatem. De conformitate  
 est in uolento sciendum quod uoluntate  
 sexualitatis non tenemur confor-  
 mari uoluntati die. nec in uolento  
 nec in forma uolentie. Uoluntas  
 sexualitatis tamen est astantis. unde quoniam  
 tamen ad hunc nos hac uoluntate non  
 peccaremus. si vero huic uoluntati  
 iuncta non foret. certe est altitatem re-  
 pinguere. Extra uoluntate roris delibe-  
 rativa tenemur deo conformari

**H**in uolito qđ cōstat nobis dēū  
absolute uelle. ut salutē n̄am.  
uel cōgruit nobis uelle. Si vō  
nō cōgruit nobis q̄uis bonus  
sit i se n̄ vult dē id nos uelle.  
vā h° n̄ tenemur uelle. nisi in  
q̄stū est uolitū a deo. vñ si sc̄d  
dēū uelle mortē p̄s mei. tamē  
possū uitā uelle i laborare ad  
hoc. q̄a nō vult deus uelle me  
p̄s meo cōtrari. Itē uolūtate  
cōditōata nō tenemur deo cō  
formiri. ut qñ pluit uellem⁹ q̄  
n̄ plueret si dē uellet. q̄ uolē  
do cōditōalit n̄ discordamus a  
uolūtate dei. q̄ h° nō est uelle  
simplicit. Itē id qđ dē n̄ vult  
simpli⁹ i absolute. ut s̄nāz cō  
mīatōis quā aliquā mutat qñ  
merita mutat n̄ tenemur uelle.  
Cōformitas dīe uoluntatis  
q̄drupl̄r pōt cōsiderari b̄z bi  
tudinē q̄tuor cāz. p̄ fm cām  
matiale. ut qñ idē n̄ uolitū qđ  
se b̄z ut materia circa quaz est  
act⁹ uolūtatis. iō ista cōformi  
tas ē b̄z qđ tm̄. iō simpli⁹. ga  
eē simpli⁹ n̄ ē a matia l̄ forma.  
2⁹ mō accipit cōformitas fm  
cāz efficiēt. sicut qñ aliquā uult  
h° qđ dē uult eū uelle. q̄ dē  
hāc uolūtate in eo facit. De⁹  
.n. unāquāqz uolūtate in bonū  
ordianit. i hoc uult nos uelle.  
3⁹ fm cām finalez. ut qñ qs in

gloriā dei sua facta ordiat. p̄  
quā i dē facit oia. i bis ouo  
bus eentialis ois conformitas  
cōsistit. 4⁹ fm cām formale. ut  
s. ex charitate uelit qs q̄  
vult. sicut i deus ex charitate  
vult oia. i isto cōsistit pfectio  
cōformitatis. ut s. act⁹ uolūtati  
nis n̄re tāto sit uolūtati diuine  
cōformior q̄sto ē melior i pfectio  
Ex pdictis collige q̄ p  
fecta seu cōpleta cōformitas ad  
dēū cōprehēdit quattuor. p̄  
ut uelim⁹ qđ deus vult. 2⁹ ut  
uelim⁹ qđ vult nos uelle. 3⁹ ut  
uelim⁹ pp qđ vult. 4⁹ ut ueli  
mus eo mō quo vult. Sed cō  
formitas nō plena est triplicat.  
p̄ si cōformat⁹ qs deo in uoli  
to tm̄. sicut i iudei conformat⁹  
erāt deo in morte xp̄i. 2⁹ si cō  
formet qs i uolito i fine. b̄z n̄  
i mō. ut qñ qđ n̄ fit ex charita  
te. 3⁹ qñ qs cōformat⁹ i uolito  
i mō. b̄z n̄ i fine. ut cū ad aliū  
bonū fine tm̄ retorqat itētio.

### **D**e iusticia dei.

**L**ap. 133.  
**I**ustitia dī crib⁹ mōis su  
mit. p̄ mō qñ redditur  
aliam qđ meruit. 2⁹ mō qñ p  
missi solut. 3⁹ mō qñ ipfectū  
pficiet. p̄ mō remuneratio bo  
noy i puntio reprobox⁹ ē op⁹  
ue. 2⁹ mō icarnatio xp̄i op⁹

.qz pmissū fuit hoc per  
 metā. s̄ mō dī opus iustie  
 nī de⁹ peccōres iustificat cū se  
 lī grām bilitāt. faciēdo qd in  
 t̄. Nota q̄ i oib⁹ opib⁹ di  
 uit iustia. t̄ misericordia. s̄ iu  
 litia qnqz ē occulta. t̄ misericor  
 dia manifesta. ut i iustificatiōe  
 impij. t̄ i p⁹ aduetu xp̄i. Aliqñ  
 ē ecōtrario. s̄ apta iustia. t̄ occel  
 ta misericordia ut i punitiōe p  
 uuloz sine baptulimo dcedetū.  
 t̄ i 2 „duetu xp̄i. Alia utrūqz  
 ē occultū. ut in tribulatiōe quo  
 rūdā. licet iustorū iocētū. sicut  
 fuit i Job t̄ i illi mitatib⁹ pui  
 loz. Aliqñ vtrūqz ē apriū. ut i  
 remuneratiōe iustorū. t̄ dānatō  
 one reproboz. qz illos remu  
 nerat supra meritū. t̄ istos pu  
 nit citra cōdignū. qd est miser  
 icordie. sed utrisqz retribuit  
 fm merita. hoc est bonis lōa.  
 t̄ malis mala. qd est iustie. Si  
 vis scire q̄ iustia puniatur hō  
 P peccato momentaneo eterna  
 liter. vide pmo auētates Isiae.  
 Uermis eoꝝ nō mouet. t̄ ignis  
 eoꝝ nō extinguetur. psal. Ibūt  
 in pgenies paty suoꝝ usq; i  
 eternū n̄ uidebut lum. Math.  
 Itē maledicti in ignē eternum.  
 Apoca. Ascendit fumus eorum  
 in secula seculoꝝ. Itē Grego.  
 In 4º dialogoꝝ. Si deus plus

non attenderet cor qz facta. i  
 iusta posset dici talis iustitia.  
 Sz qz de⁹ intuetur cor. iustum  
 est ut sine fine puniatur q nū  
 qz uellent uiuere sine peccato.  
 Rōbns idem ostēditur. qz. n.  
 hō peccauit in suo eterno. me  
 rito punietur i eterno dei. Itē  
 materia ignis est eterna. s̄. ma  
 cula peccati. ergo t̄ pena. Item  
 pecni ē cōtra illuz q̄ est ifinit⁹.  
 ergo pēa debet esse ifinita. sed  
 hoc nō potest esse acerbitate.  
 vñ oportet q̄ fiat diuturnitā  
 te. Item cū homo peccat errat  
 in infinitū quodāmō. rōnalis.  
 irascibilis. t̄ concupisibilis qn̄  
 finitiū ppenit infinito. illa qdē  
 iudicando. ista adherēdo. t̄ ul  
 tuma appetendo. vnde cōgrue  
 debet esse pena infinita. Item  
 mala uoluntas reproboꝝ eter  
 na est. ergo t̄ pena. Item ostē  
 ditur exemplis. quia uenditio  
 momentanea dat ius possidē  
 di perpetuum. uel vulneratio  
 momentanea cicatricem infere  
 perpetuam. Item casus in fo  
 ueam temporalis est deiectio  
